Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3049

Quelle:
Copyright:

do iudicio, ſunt pulcherrimè compoſiti, ſpirantque etiam in Muſica Diuinum V.ræ M.tis *Ingenium; ſed me humilem* M.tis V.ræ *ſeruum præ reliquis delectat verſus:* Benigne fac Domine: *hic enim quoties auditus* Tantum auditui meo gaudium & lætitiam *affert, vt ipſam Quadrageſimam lætiſſimam faciat. Viue* Magne Cæſar, *& cum Tuo Dauide, Vince, Deo cane, & inter Victorias conſeneſce.* Cæſ. M.tis V.ræ *humillimus ſeruus, & cliens. Georgius Moſer Notiſta.*

DCCCXL.

Codex chartaceus lat. Sec. 6 XVI. Folior. 74. f. max. Continentur eo Threni ſive Lamentationes *Jeremiae* Prophetae, quas *Michael Echamer Variſcus Auguſti* Pii *Electoris Saxoniae Muſici chori collega* muſicis numeris quinque Vocum incluſit et D. *Rudolpho* II. Rom. Imp. praemiſſa 12. Diſtichor. Elegia dicavit. Juvat inde excerpere, quae ad perpetuam *Auſtriorum* Principum in Artem muſicam propenſionem conteſtandam faciunt:

Diue igitur ſalue Rudolphe Patrone canentum,
Munera et haec clemens muſica Caeſar habe.
Haec Fernandus auus, Pater haec et ſumptibus ultro,
Et coluere animo Caeſar uterque pio.

Codicem eleganter ſcripſit *Chriſtianus Hollandus.*

DCCCXLI.

452 Codex membraneus lat. Sec. partim XIV. partim XII. Folior. 40. 4. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus complectitur: I. *Hymnos quatuor,* quorum Primus, *Ricmus Sancte dei genitricis*, vulgo S. *Caſimiro Caſimiri* IV. Regis *Poloniae* filio tributus, cujus vel ex hoc *Codice* eſſe nequit, qui multo ante pium hunc Juvenem anno 1484. raptum ſcriptus eſt. Itaque certius ad *Conradum* Carthuſiae *Gemnicenſis* in *Auſtria* Priorem *Caroli* IV. Imp. aevo refertur. Vide Celſ. *Gerberti T. II. de Cantu et Muſ. ſacra* p. 27. Hymni initium:

Omni die. dic Marie. mea laudes anima &c.

Secundus, *Alius richmus de corpore chriſti*, 13. Stropharum, quarum prima:

Aue viuens hoſtia veritas et uita.
Per quam ſacrificia cuncta ſunt finita.
Per te ſtat eccleſia iugiter inuicta.